



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Gregorius Thaumaturgus Ep. 17. Novembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

lius imaginem lectitavit, non nescius ex
hujus potissimum uberibus divinæ sa-
pientiæ rivos scaturire. Archiepisc. Can-
tuariensis factus affirmavit, malle se in
ignem, quàm in noxam labi. Exul mo-
nitus. Mi *Jesu*, exclamavit, te testem
habeo, te preter nihil umquam expetisse.
Hujus vulnera tunc milies est exos-
culatus, pectus præsertim saucium, in
quod etiam vitam expiravit, nobilem ad
invidiam tumulum. *Ex vitâ.*

*Si publica fama te non damnat, pro-
pria te conscientia condemnat; quoniam
nemo potest seipsum fugere. Vis nunquam
esse tristis, BINEVIVE. Bona vita sem-
per gaudium habet; conscientiarum sem-
per in pœnam est. S. Bern. de Int. dom.*

S. GREGORIUS THAUMATURGUS
EP. 17. *Novembris.*

Miracula, quæ GREGORIUS pa-
travit, pagellâ hâc circumscribere,
novum foret miraculum. Famam castis-
simi juvenis traduxerat muliercula; ob-
fessa tamen à dæmone palinodiam ceci-
nit, obsidione non nisi à GREGORIO
liberata. Sub initia Pontificatus magi-
stram *Virginem Matrem, Virginemque
Joannem* habuit, dignus his discipu-
lus, utpote & ipse Virgo. Cacodæmoni
oracula loquenti silentium indixit, &
fanè proscripsit; post eidem ab exilio
redeunçi

718 VITÆ SANCTORUM. 17. Nov.
redeundi potestatem per literas fecit.
Ut fratres duo, quos lis de paterno lacte
disjunxerat, in amicitiam rursus coi-
rent, cedere omnem inde aquam; ut
fidem testatam faceret, temploque ex-
dificando locum, montem aliò ambu-
lare iussit. Iterum Lyco flumini exun-
danti moram posuit scipionem suum,
qui illicò frondescens ripam umbrâ suâ
vestivit. Insequentis se sociumque hostis
oculos ita precando fefellit, ut quos
impius quarebat, arbores crederet. Mo-
riturus è suis septemdecim dumtaxat re-
liquit superstitioni deditos, cum sub
adventum suum non plures Christi ad-
dictos reperisset. Tumulum cum aliis
sibi communem esse voluit, ne, quod
vividus numquam fecerat, mortuus pro-
prij quid haberet. Suspiciant alii hæc mi-
ri, ego de GREGORIO, quod de
Malachia Bernardus, dico: inter multa
magnaque miracula, maximum miracu-
lum, quod fecit, ipse fuit. Ex Gregor.
Nyss.

*Si vis utiliter aliquid scire & discere,
ama nesciri, & pro nihilo reputari. Hac
est altissima & utilissima lectio, sui ipsius
vera cognitio & despectio. De se ipsa ni-
hil tenere; & de aliis semper bene & alte
sentire magna sapientia est. Thom. de
Kemp. lib. 1.*

S. GRZ.